FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Christoph Gutslaff.

Gutslaff, Johann Christoph

Halle (Saale), 13.08.1707

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209212

Visual Library

[or]dinariū tandem, non ex opibus !. meritis, ne gloriari videar,
[se]d ex mera Dei gratia, membrū in hoc Orphanotrophio mi-
[r]abilibus Dei pleno sum constitutus d. 11 Aprilis simulus Præ-
ceptor sextae classis procreatus. Pro quibus beneficiis
Deo Triuno egenorū altori benignissimo maximas
debeo pariter ac persolvo gratias. Dabam in museo
d. 10 Aug: Ao 1707. Meū est discessisse et Hallia
Academ: ex consensu Parentū, sub Numinis divini
auspiciis facit Deus beate, selegisse d. 28 7bris.
1707.

Johannes Christophorus Gutslaff Revalia-Livonus na-
tus est Revaliæ patre Viro Reverendo Eberhardo Gutslaff, sacræ Rei-
publicæ, quæ in civitate est, et quidem Esthonicæ antistite primario;
matre Catharina Niederhoff, civis in eadem civitate senioris, filia. Hi pa-
rentes statim in limine vitæ meæ, ut pium erat, id cogitarunt, ut de sa-
lute mihi æterna prospiceretur per sacrum Christi baptismum. Quo-
rum in communionem bonorum, quæ fidelium sunt, venissem, eosque
annos adeptus essem, qui disciplinam pueris exposcunt: nihil o-
misit Parens honorandus, quod ad animum tenerum doctrina salu-
tari perudiendum pertinuit. Quoniam vero ipsis in cunis studiis me
Deoque dicarat; privatim sex deinceps annos aluit Studiosos The-
logiæ duos, quibus inter alios ego prima litterarum rudimenta
debeo. Deinde ephebis excedens, Gymnasii, quod Regium Revaliæ est, sum
alumnus factus, cuius per IIdam Classem ad Imam tendens, audivi Viros
doctissimos, Rectorem et Inspect: Sigismundi Theologica cum hebraicis præ-
legentem: Professores, Dn. Morianum poëtica tractantem; Brehmium
eloquentiam eiusque præcepta cum Historia Universali cum publice ac priva-
tim diligenter inculcantem; Aulinum, Græcam linguam ex sacris et profa-
nis Auctoribus sollertissime docentem. At oleam et operam, quam non sine
fructu antea impenderam, ubi vanus in prima classe scientiæ tumor a-
nimum iuvenilem inflaverat, proh dolor! perdebam. Hic enim non libros
solum sæpius seposui, sed, quod detestandum est, αὐτονομίαν cum aliis me
adeptum putavi. Cuius licentiæ et studiis, et quod maximum est, animæ per-
niciosæ, tandem finem fecit saluberrimum ex directione divina consilium
Parentis, quo a scholasticis ad academica studia pergere iussus sum. Quod
autem Frater natu maior in hac Fridericiana in studia incumbebat, eius
causa, multis licet acerrime dissuadentibus, et ex voluntate Parentis, eo etiam
accessi anno 1704 circa festum Michaëlis, veni et vidi: addat, mo addet
humani generis Salvator: vici. Biennio et quod excedit, exacto consilium de con-
stituendo Seminario Præceptorum in usum huius iuventutis amicus summe colen-
dus mihi aperiebat, ex me quærens: num forte mihi quoque nomen ei dare animus
esset? quod aliquamdiu in medio reliqui, donec volente Venerando Directore
consentiente Dn. Parente in eorum numerum, qui ordinariū ante me fuerant:
8 Martii anni currentis receptus essem. Idem hic quoque dies erat, quo cum
[ali]s mensa, quæ dicitur Orphanotrophei ordinaria, uti cœpi. O Deus in Zione
[tibi] silentium laudis, tua omnia hæc sunt beneficia, quæ nobis ex gratia tantum
[i]largiris: fac, ut nos digne iis utamur, et fruamur tuam in gloriam proximique e[t re-]
[gi]s tui utilitatem. Perge per Jesum Χstum filium tuum θεάνθρωπον benedi-

Franckesche Stiftungen zu Halle

ctionum tuarum aquis lætificare hanc domum. Sit rivus tuus, o Deus, semper plenus, et orbitæ tuæ stillent semper pinguedine, ut plaudant, etiamque cantent homines. Amen!
Inscripsi ipsis Idibus Augusti Anni MDCCVIImi.

Johannes Casparus Keisel, Christophori Keiselii et Utiliæ Güttlin filius natu maior viventium, Kelbrensis-Thüringo-Schwartzburgicus, cum ephebus factus esset, parentes eius ad pietatem et studia, quibus idoneus videbatur, discendam in scholam mittebant in ista Patria, Kelbræ. Anno XVI ætatis Nordhusium adiit et albo discentium, quod ibi alitur, adscriptus, choroq Symphoniaco ē adnumeratus, et pædagogia utens per triennium Nordhusana calcavit limina; diutius permanere ~~non~~ voluit, propterea abiit, nescius quo se verteret, Deus vero ter optimus maximus mirum in modum huc ~~eum~~ duxit, ~~illiq~~ curavit. Huc veniens per biennium Scholam Orphanotrophei frequentavit, et 1706 d. 14 Decembr. Academiæ huius loci nomen suum dedit, et tempore succedente mens. Januar. 1707. a mensa Extraord. qua per biennium fruitus, ad Ordinariam receptus est. Deo t. o. m. sit laus et gloria, et nunc et semper Amen.